

meus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cepit clamare & dicere: Iesu fili David miserere mei. Et comminabantur ei mulii ut taceret. At ille multo magis clamabat: Fili David miserere mei.

Quod hic in uno cæco factum dicit Marcus, in duobus factum Matthæus dicit: neque propterea Marco contarius est. Cui cum unum esset amborum miraculum, sufficere visum est cæci viuis meminisse, nempe celebrioris. Quippe cuius nomen recitat, Bartimæum vocans. Videtur & Lucas nonnullis à Matthæo & Marco dissentire, quem suo loco eocilabilitus. Superest ea quæ ad literam faciunt, explicare. Quid sit autem Bartimeus, explicat textus, scilicet filius Timæi. Bar enim filium Hebreis significat.

Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum; dicentes ei: Anima equior esto, surge, vocat te. Qui proietto vestimento suo exiliens, venit ad eum. Et respondens Iesus dixit illi: + Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni ut videam. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et confessum vidit, & sequebatur eum in via.

Stat Christus quotiens expetitur auxilium eius ut A&7. Stephanus inter manus tyrannorum vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Tunc iubet pœnitentes & egenos ad se venire per Apostolos, & eos qui curam habent inferiorum. Vocates autem aiunt: Anima equior esto, &c. Græcè dicitur θάρση, id est, bono animo esto, siue confide. Quoniam filius Dauid ut talis cæcos illuminare non potest, sed filius Dei, opus est igitur filium Dauid credere filium Dei esse, ut oculi illuminentur: quod ut creditur, visum recipere meruit, & à Christo audire: Fides tua te saluum fecit.

## CAPUT Vnde CIVM.

Christus super adductum à discipulis pullum Ierusalem cum honore ingressus reuertitur in Bethaniam: In crastino Ierusalem rediens, sicutum maledicens arescere facit: videntes & ementes è templo ejicit, nec qua hoc virtute faciat Iudeis aperit.

T 3

+ Et

+Matth.

20.9.

Luc.18.9

† Matth.  
21.2.  
Luc.19.d  
Ioan.12.b

**E**t cum appropinquarent Ierosolymae & Bethaniae ad montem olivarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contravers est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pulum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit, soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit: Quid faciatis? dicite, quia Domino necessarius est: & continuo illum dimittet huc.

Quod solus Matthæus asinæ meminit, Marcus & Lucas non, haud propterea contrarij, plerumq; enim quod unum de duobus dixit, alterius autem tantum meminisse alij contenti sunt. Marcus igitur solum pullum nominat. Inuenietis inquit, pullum ligatum, super quæ nemo adhuc hominum sedit: vt intelligamus omnia hæc tantum mysterij gratia fieri, quod tunc nullo egeret invento ad iter peragendum, pullum inquam, in figuram Gentilis populi propè ad fidem venturi, & quo Christus deinceps veheretur: Asinam vero in figuram Gentis Iudaicæ, quæ pullum tandem sequeretur: Iuxta dictum Pauli Roma.11. Cæcitas ex parte facta est in Isræl, donec plenitudo Gentium intraret. Iubentur itaque per doctrinam & miracula soluere pullum, & non solum, sed adducere ad CHRISTVM: quoniam verbum Dei non est alligatum.

Et abeuntis inuenient pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum. Et quidam de illic flantibus dicebant illis: Quid faciatis soluentes pullum? Quid dixeront eis sicut preceperat illis Iesu, & dimiserunt eis.

Quandoquidem extra Ecclesiam non est salus, ita hic pullus extra portam foris ligatus erat. Gentilem vero populum hic pullus designare dicitur, qui funibus peccatorum idolatriæ, superstitionis, & eiusmodi à démoni tenebatur ligatus, ad quem soluendum missi Apostoli paucis resisteribus adduxerunt, qui nomine Domini auditio quieuerunt.

† Matth.

21.b.

Et duxerunt pullam ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua, & sed sit super eum. Multis autem vestimenta sua strinxerunt in via. Alij autem frondes cedebant de arboribus,

& sterne-

et sternebant in via. Et qui preibant, et qui sequebatur, clamabant, dicentes: Hosanna benedictus qui venit in nomine domini: Benedictum quod venit regnum patris nostri David, Hosanna in excelsis.

Matthaeus autem dicit, quod adductis asina & pullo vestimenta sua utriq; imposuerunt, ignorantes super quem ascendere vellet: quod ad resurrectionem usque ignorauerunt. Et tunc recolentes quae dudum viderant, cognoverunt quia secundum prophetiam Zacha. scriptum erat.

<sup>¶</sup> Zach.  
9.b.

Ila. 62.d.'

Dicite filiae Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super pullum asinæ subiugalis: & ideo super illum vestimenta sua imponunt, & Christum super pullum sedere fecerunt. Alij viâ vestimentis, alij ramis, cæteri fratribus & floribus eius triumphum venerantes: Ceteri alta voce clamabant Hosanna in excelsis, &c.

<sup>†</sup> Matth.  
21. b.  
Luc. 19. g

Et introiuit Ierosolymam in templum, & circunspettis omnibus, cum iam vesperæ esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.

Ingressus ciuitatem Christus, templum prius ingressus, dans cunctis exemplum, ut primum Dei querant regnum: In quo tanquam illius dominus vndeque; prospicit expectans tempus aptum correctioni: vnde postea rediens tanquam incorrigibiles ab eo eiecit. Quo viso silentio fecerunt cum suis in Bethaniam.

<sup>†</sup> Matth.  
21. b.

Et alia die cum exirent à Bethania, esurijt. Cumq; vidisset à longe sicum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam, nihil inuenit praeter folia. Non enim erat tempus sicciorum. Et respondens dixit ei: Iam non amplius in aternum ex te fructum quisquam māducet. Et audiebant discipuli eius.

Sicut prius sitiens venerat ad puteum, sic modo esuriens venit ad sicū: ut humanæ carnis & salutis eius probationem exhiberet, cum fidem sitiret Ecclesiæ, & salutem esuriret humanam. Et cum potestatem ultionis haberet sicut beneficentiaz, eam maluit in plantam quam in homines exercere, quod est hominis amator ad quem salvandum venerat: & ut Iudaicam plebem instructuam designaret, & ob id maledictioni subiaceret.

¶ Matth. 12. b. Et veniunt iterum Ierosolymā. ¶ Et cùm introisset in templū, capīt eīcere vēdentes & emētēs in tēplo, & mēn-sus numulariorū, & cathēdras vēdēntium columbas euertit & non sinebat ut quīsquām transferret vās per templū: & docebat, dīcēns eis: Nōne scriptū est: t̄quā domus mea domus orationis vocābitur, omnib⁹ gentib⁹, Iere. 7. b. vos autem fecistis eam fēluncam latrōnum.

Nota quōd Matthēus & Lucas factū dicūt die pal-marū: Marcus autem die sequēnti. Nota etiam Marcū hoc loco addere prāter cāteros Euangelistas hē verba: Et non sinebat, vt quīsquām transferret, &c. Quod puto intelligi nō posse de vāsi ad sacrificia necessarijs, aut de vāsi venalib⁹, aut de his quāe venuim intra vāsa proponebantur. Videtur quibusdam de vāsi mercato-nis intellexisse, & non de vāsi Deo dicatis. Eiectio vēdēntium & emētēs, atq; domus Dei singularitas declarantur Matth. 21.

Quo audito principes sacerdotū & scribē quārebāt quo-modo eum perderent. Timebant enim eum: quoniam vni-versa turba admirabatur super doctrinā eius.

Cūm audirent eum ita liberē loquentem, & tam mira-bilis facientem, excogitabant inter se quomodo cū per-derent: Veruntamen timebant eum propter plebē illi affectām, propter quā temerē illum occidere verebātur.

¶ Mat. 17. c. & 21. c. Et cùm vespera fācta esset, egrediebatur de ciuitate, ¶ & cùm manē transirent, viderunt ficū aridā fāctam à radicib⁹. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledix̄s, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habeite fidem Dēi. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic mó-ti: Tollere & mittere in mare & non hēsitanerit in corde suo, sed crediderit quia quicunq; dixerit fiat, fieri ei.

Cūm tota die p̄dicasset, vespere egredius est ciuita-tem, & vt putandum est in Bethaniā manē autem re-uertentes, viderunt ficū cui maledixerat Christus, iam aruisse radicitus. Cuius recordatus Petrus, ad Christum ait: Quomodo ita repente exaruit ficus? Cui respondit Christus. Si tantā in me fidem habueritis nihil in corde hēsitanentes, & dixeritis huic monti: tollere, & mittere in

mare

mare, sicut quicquid petieritis. Vnde tollere & mittere imperativa sunt passiva. Non est autem hyperbolica locutio. Nam a simplici quodam Christiano tempore Iuliani translatos montes, & in mare iactatos legisse memini. Sed & Zacharias in suo monostesso cap. 121. narrat, Gregorium Neocæsariæ Ponti antistitem translatis montem, qui constructione Ecclesiæ multum oberrat: ut tantum constructioni Ecclesiæ loci reliquerit, quantum incolæ exigere spaciun optarent.

¶ Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, <sup>† Ma. 7.0.</sup> credite quia accipietis, & euenerit vobis. Et cum stabitis ad <sup>a. & 22. c.</sup> orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & <sup>Luc. 11. b</sup> pater vester qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra. <sup>Ioan. 15. b</sup> ¶ Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in caelis est dimittet vobis peccata vestra. <sup>† Mat. 6. b. Ecclesiastici.</sup>

Post fidei commendationem, statim orationem & admissorum in proximum remissionem adhibet, ut eorum hæresis pateat, qui solam fidem sufficere dicunt ad iustificationem, & quod ad offensarum proximi remissionem attinet, perfecta est fides qua per charitatem operatur: & vt dominica infert oratio: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cum abularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & scribae, & seniores, & dicunt ei, tu in qua potestate haec facis: & quis dedit tibi hanc potestatem ut ista facias? <sup>† Matth. 21. c.</sup> <sup>Luc. 20. 3</sup>

Soliti sunt Iudæi cuncta Christi acta varijs agitare calumnis, modò in virtute Beelzebub signa facere, modò superstitiosis agitari invocationibus, nunc vero quia haec frustra calumniati sunt, nec in his illum carperè potuerunt, de electione vendentium & ementium a templo & mensarum cuersione, & vasa per templum deferringi prohibitione: cum fibi ipsi solis spectare & licere putarent, arguunt, & cuius virtute haec faciat, inquirunt. Iesus autem respondens, ait illis: Interrogabo vos & ego unum verbuni, & respondete mihi, & dicam vobis in qua potestate haec faciam: Baptismus Ioannis de celo erat an ex hominibus? Respondeite mihi.

Quoniam Ioannes baptista multa palam de virtutibus  
T 5 & excel-

& excellentia eius prædicauerat, ideo ut illi suo se confodiant gladio, & sua se response confundat, quoniam illorum non respondet tanquam indigna est responso, sed aliam proponit, qua vel suo silentio vel sua sententia condemnatur. An videlicet Baptisma Ioannis à Deo cœlitus esset emissum, an humanitus institutum.

At illi cogitabant secum dicentes: Si dixerimus de celo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei: Si dixerimus ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Iohannem, quia verè propheta esset. Et respondentes, dicunt Iesu: Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis: Neque ego dico vobis in qua patestate hac faciam.

Hac quæstione perplexa quorsum euaderent ignorabant, quod si respondissent è cœlo, dicere poterat illis: Si credidissetis ei cum tanta de me prædicaret, nunc nō dubitaretis in qua patestate hæc faciam: si vero dixissent, inuentum esse humanum, totum populum habuisse contarium, & fortè seditionem in eos mouentem. Ideo dicebant: Timemus populum. Græcè est ipso βαρύνειν λαον, quod ad verbum significat: timebant populū: quæ est intatio personæ Hebraica. At vetus interpres recte personam atque aptè ad nostrum loquendi modum mutauit, vertens timemus. Erasmus autem ventus, hoc loco mutare personam, non est veritus paulò ante mutare in eadem propositione ubi veritatem, dixissent, quod tamen est verbum primæ personæ pluralis, debuit ergo rectius vertere: Si dixerimus, vel si dicamus: quemadmodum noster vertere voluit interpres, & consequenter alterū sequebatur verbū. Nec Christus illis respondit: Ego nescio quod erat consequens responsei eorum, sed nec cum illis mentiri voluit veritatem abscondens, sed eos response indignos judicas.

## CAPIT. DVO DE CIMA V.

Iudæos sub parabola vineæ agricolis locata reprobatis à Phariseis & Herodianis super censu Cesari reddendo tentatur, Sadducæis super resurrectione, & scribæ super primo mandato respondit, viduam super ceteros duo æra in gazophylacium mittentem, laudat.

Et